

**www.e-rara.ch**

**[Opera omnia]**

**Augustinus, Aurelius**

**[Basel], [1528-1529]**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

De translatione corporis sancti Augustini de Sardinia ad Papiam. V.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



A firmitas cogeret, aut Valerius episcopus sanctus ad eos uisitandos uenisset. Cum autem appropinquaret festum pentecostes, sanctus episcopus Valerius misit pro Augustino & inuitum presbyterum ordinauit. Factus presbyter monasterium clericorum instituit in domo episcopi, & infra annum ibidem uiuere cepit secundum regulam apostolicam, ut hactenus fecerat. Hoc autem Valerius episcopus fecit, quia ipse Græcus erat & indoctus, maxime in respondendo hæreticis in eorum erroribus. Ideo Augustino episcopo potestatem plenam dedit prædicandi quotiens necessarium fuisset. Nam multi iam hæretici surrexerant, contra quos dominus Augustinum instituit & ordinauit.

De obitu atque commendatione sancti Augustini. IIII



ANNO domini. CCCC XXXVII. Sixtus sedit annis octo & diebus. XXX. eo tempore Valla rex Gothorum Vandalos odio infectans etiam in Africa eos persecutus qui disposuit, sed morte præuentus obiit, ei que in regnum Theodoricus successit. Vandali Africae nauibus irruentes prouinciam uniuersam deuastant rapinis, caede, incendijs, nulli sexui parentes, ætati uel ordini. Sub hoc turbine tribulationis beatissimus Augustinus amarissimam & lugubrem præ cæteris diebus suæ senectutis iam penè extremam duxit uitam, uidens tantam seuitiam ubique grassari, uidens alios hostili nece extinctos, alios effugatos, ecclesias sacerdotibus uiduatas, ciuitates cum accolis dissipatas. Accreuit denique causa mæroris eius que sub ipsius tempore Hipponensem urbem, cui pontifex præerat Barbari obsederunt. Sed ecce tertio obsidionis mense febribus incubuit, sibi que septem penitentiales psalmos scribi iussit, ipsos quoque quaterniones iacens in lecto circa parietem positos diebus infirmitatis suæ intuebat ac legebat, & uberrime ac iugiter flebat. Et ne à quocquam impediretur eius intentio, ante ferme decem dies migrationis suæ, perijt ad se nullum ingredi, nisi his tantum horis quibus medici ad inspiciendum ingrediebantur uel eius refectio offerebatur. Obsidionis denique mense XIII. coram positus fratribus migravit ad dominum, anno ætatis suæ LXXVI. episcopatus uero sui XL. Hispaniæ lumen præfulgidum, propugnaculum ueritatis, errorum excidium, fidei tutamentum. Omnes ecclesiæ doctores tam ingenio quam scientia uicit insuperabiliter, flores tam exemplis uirtutum quam affluentia doctrinarum. Etenim tanta scripsit, ut non solum ab aliquo toto uitæ suæ tempore scribi, sed nec quidem possint lectione percurri. Obijt autem anno domini quadringentesimo quadragesimo sexto. Præmissa habentur ex chronica Bedæ.

De translatione corporis sancti Augustini de Sardinia ad Papiam. V



ANNO Leonis quarto, Limbrandus Longobardorum rex audiens que Saraceni depopulata Sardinia, illa etiam loca fœdassent, ubi ossa beati Augustini ob uastationem Barbarorum olim ab Hippona translata & recondita fuerant, legatos suos illuc direxit, qui dato magno auro, preciosas illas reliquias secum detulerunt, & ad urbem Ianuensem regressi sunt, ubi præfatus rex occurrens cum gaudio corpus almum cum deuote adorauit & reuerenter accepit. Sanè rex & sui inde progressi cum preciosissimo illo thesauro ueniunt ad quandam uillam in Terdonensi episcopatu sitam, & cum ibi corpus sanctissimum tollere uoluissent, ita stetit immobile ut nulla uis humana posset illud mouere. Quod uidens rex uouit que si beatus confessor ex loco illo se tolli permitteret & traduci Papiam, uillam cum omnibus appenditijs suis concederet sibi seruientibus perpetuo possidendam. Voto facto atque firmato, corpus sanctissimum inæstimabili facilitate sustollit, & Ticinum usque transuectum, dero & pariter populo concurrente honorifice ac gaudenter suscipitur, & in basilica beati Petri in qua præfatus rex construens celum aureum dignissime collocatur. Facta est autem ista translatio anno domini. DCC. XXI. annis ab eiusdem confessoris transitu iam decursis. CC. LXXV. Quod autem in prædicta ecclesia corporis eius preciosus thesaurus sit reconditus stupedo & euidentem miraculo elucescit. Siquidem in supradicta ecclesia in qua iacet, puteus est qui aliquot annis in die festi eius superabundans, totam septem perfluxit, in signum quia sicut aqua illa sordes diluit, sic sordes hæreticorum ab ecclesia effluens eius doctrina absterfit.

Ex